



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

SS. Pavlus & Ivliana MM. 17. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

go plagis saevitum, sed quas inter rideret MAMMAS; iterum fornax succensa, sed in quâ quartum puerum Babylon agnosceret. Feris quoque cum objectus esset, ursus pardusque sudorem Athleta abstergebant; leone interim, qui comes Martyri è monte iverat, in carnifices grassante. Denique tridente confossus MAMMAS ilia effusa, extra urbem extulit, & moriturus ipse sepulchrum speluncam subiit. *Ex Metaphr.*

*Terrã nesciat, amorẽ carnis ignoret. nihil in se vitis licere permittat, qui se Dei filium credit; actus, vitã, moribus, tanto generi respondeat; ne iterum ad terrena descendens ad tanti genitoris tendat injuriam. S. Pet. Chryl. serm. 68.*

## SS. PAVLVS &amp; IVLIANA MM.

17. Augusti.

**P**Tolemaidem urbem Aurelianus Imperator ingrediebatur, Christianos, si ira Diis placeret, triumphaturus; cum inter effusos obviam iras PAVLVVM conspexit signo Crucis contra minas improbas se armantem. Primum igitur imperium Tyrannus in hunc fecit, suspensumque caedi atrociter imperavit. Interea soror PAVLI adest IVLIANA geminã planè virtute, & iisdem armis in hostem armata, Ea verbis pro innocentia germani pugnans acriter in tyrannum invehitur. At hic eodem supplicio jubet affligi. Sed aërem verberabant carnifices. Hinc in liquatam flammis picem mittuntur; sed ingressos Bajas crederes. Mox in sellas imponuntur ab igne subjecto ardentis; sed illi inter pœnas has verè otiosi assidebant. Ergo in carcerem compinguntur fame longâ expugnandi. Sed ecce nocte intempestã Angelus adest & ex-

pe-

peditis è vinculis epulum triumphale fruit. Ab hoc veteres iterum pugnas pugnant, inter viperas incolumes, inter omnia tormenta salvi. Illud IULIANA peculiare, è lupanari pudorem saluum asportasse, Angeli præsidio, qui luce insolenti, quotquot vim inferre Virgini meditabantur, omnes excæcavit. Restituit tamen illa facinus detestantibus oculos, & post victos iterum ignes gladio cæsa novo more & spectaculo nunquam Romæ viso cū Fratre soror triumphavit. *Ex Metaphr.*

*Tale viri Christiani Apostolus voluit esse convivium, ut magis fides Christi, quàm prandij saginæ comedatur, & plus reficiat hominē Dominici nominis frequens invocatio, quàm epularum multiplex & copiosa collatio, meliusquē pascat religio, quàm sagina. S. Max. hom. 2. de Carn. Host.*

S. CLARA DE MONTE FALCO V.

17. Augusti.

**C**orculum videre te Cæli pura, quisquis Cor hoc CLARÆ vides tantâ verecundiâ Virgunculæ, ut loqui aliter, quàm vultu velato, religionem professio germano erubuerit, vulnus etiam à tali oculo timens, quid imò facinus non nisi lacrymis expiandum rata imprudentem in somno pedem lectulo extulisse. Huic pudori tuendo noctes pervigilavit; infandis flammis cilicia objecit; Cupidinem flagris, virgis & urticis terruit; hostem verò intestinum ultimâ fame domuit, linguamque ita frenavit, ut vel semel tâtum, matris alloquendæ gratiâ, silentium in vitâ fregerit. Huic virtuti ielsidias facturum Veterator Ioannam sororem (vitæ tam sanctæ Magistram) mentitus est, & virginitatem cum velo jussit exuere, ni vitâ vel-

le